Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



custodiendas iustificationes tuas. Tua nos de
medicinalis operatio et a vitiis purificando clementer
expediat et tuis semper faciat inherere mandatis. per dn̄ xx
Omnia quæ fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti quia peccavimus tibi et mandatis tuis non obedivimus sed da
glariam nomini tuo et fac nobiscum secundum mitissimam misericordiam tuam. ps
Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. on
Largire quæsumus domine fidelibus tuis indulgentiam placatus
et pacem ut pariter ab omnibus mundentur offensis et securi tibi mente
servire valeant. ad cpm
Deprecationem nostram quam
cautam abulent non ignorantes sed ut sapientes re
dimentes tempus quoniam dies mali sunt propterea nolite fieri
imprudentes sed intelligentes quæ sit voluntas dei et no
lite inebriari vino in quo est luxuria sed impleamini spiritu sancto lo
quentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis
spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris domino
gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri jesu christi deo
et patri subiecti invicem in timore christi. Gr. Dignatus es domine
sicut in christo et spiritu tuo de. v. Elevatio manuum mearum sa
crificium vespertinum. Alla. v. Paratum cor meum deus paratum
cor meum cantabo et psallam tibi gloria mea. S. Joh.
Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capernaum hic cum audisset quia jesus adventet de judea in
galileam abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et
sanaret filium eius incipiebat enim mori. Dixit ergo jesus
ad eum nisi signa et prodigia videritis non credetis. Dicit ad eum
regulus. Domine descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei
jesus. Vade filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem
dixit illi jesus et ibat. Ecce ab eo descendente servi occurrerunt
ei et nuntiaverunt ei dicentes quia filius eius vivit. Interro
gabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt
ei. Quia hi hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater quia